

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Reconciliatio e  
cum uariis

Si tantummodo non ledas eum qui te lesit, auertas tamen te ab eo nec libenter eum uideas; manet sine dubio uulnus in pectore et dolor angescit in corde. Quod si est, nondum utique Christus quod mandauit expletur. Nunquid tu ita uis propicium tibi fieri Deum ut non te quidem ledat, auertat se tamen a te et peccatorum tuorum memoriam teneat et uidere te nolit? Igitur qualem uis erga te esse Deum cum delictorum ueniam poscis, talem te exhibere debes hiis qui deliquerunt in te.

Crisostomus libro de compunctione cordis tractans illud Matthei VI.: Dimitte nobis debita.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Reconciliatio e] Reconciliatio f P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; eum] cum L<sup>2</sup>; uulnus] uultus C; angescit] anguescit C; est nondum] nondum est M; nondum] non C; Christus quod] quod Christus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; propicium] proprium M; auertat se tamen a te] auertat tamen te (*cor. supra lin.*) C; teneat] teneas M; poscis] possis (*cor. intra*) C; compunctione] contemplatione (*cor. intra*) M; dimitte nobis debita] et cetera P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>